



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 40. Genuæ expugnatio a Gallis prætermissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

cumberet. Certe nullam tantæ incuriæ excusationem obtendere poterant Mantuæ Marchio, & Comes Cajatsius, quorum prior Venetorum, alter vero Mediolanensium copiis præerat: igitur Galli superato hoc transitu, nullo negotio Pontem-tremulum, quod oppidum Ludovico Sfortiæ parebat, occuparunt, ac demum Apenini juga nullo obsistente transcenderunt.

Sæcul. XV.
A.C. 1405.

§. XL.

Genuæ expugnatio a Gallis prætermissa.

Interea Cardinalis S. Petri ad vincula, *Comm. lib. 8. cum ob implacabile, quo eum Pontifex infectabatur, odium haud tutam in Italia Sedem haberet, Genuæ stabile domicilium figere peroptabat, spe fretus, Papam ibi cum illo hostiliter agere non ausurum. Quapropter Carolo Galliarum Regi proposuit, quod Genuenses, populares suos, concitare vellet ad seditionem contra Mediolani Ducem, qui tum huic Reipublicæ imperabat. In hanc quoque sententiam haud ægre descendebant ab hac ditione proscripti, qui Gallorum studiis addicti, factionis suæ Principes colebant Cardinalem Fregosium, & Objectum de Fliscis; verum ad persuadenda Genuensibus hæc consilia validi exercitus*

Secul. XV.
A.C. 1495.

citius potentia desiderabatur; & hoc opus, hic labor erat: convocato itaque Senatu, a quo tamen propositio omnino rejecta est, sancitum, si Rex in proximo cum Fœderatis prælio victoriam reportaturus esset, Genuenses ei ultro sua delaturos obsequia, eo autem forte devicto, hanc urbem Gallis nulli commodo fore, hanc in rem observat Commi-næus; eo loco primam prælii mentionem fuisse factam, seque exin collegisse affirmat, quod Gallorum copiis proxima instet pugna, brevique cum Fœderatis manus essent conferendæ.

Verum Carolus Rex petentibus repulsam dare haud assuetus, ab importunis sollicitationibus Cardinalis S. Petri ad Vincula sese liberare nequiverat; quare ratum habuit, ut recens militia, quæ ipsi paucos ante dies e Gallis submissa fuerat, adjungeretur Legionibus, quas Vitellius pro Gallis in Italia conducebat, eo fine, ut collectus exercitus toto impetu Genuensium urbem adoriretur. Ergo suprema hujus expeditionis cura Bre-scienfi Comiti demandatur, spe concepta, illum abs dubio quam plurimos adhuc Pedemontanos ad sua signa pertracturum: inferiora autem imperia deferebantur Poligniaci, Ambasiæ, & Bellomontii Comitibus. Hi itaque toto agmine Genuen-

nuensium urbem cingunt; verum cum Ludovicus Seditionem sedare summe intentus, ac Gallorum classis in Rapallensi portu maris tempestate dissipata esset, Regis copiae pedem referre, Astamque repetere cogebantur, non sine frequenti cladis periculo, quod tamen prospere eluctatae sunt, quam felicitatem nulli alteri debebant, nisi mutuae Fliscorum, atque Adorniorum invidiae, qui Gallos insequi neglexerant, veriti, ne alterutro eorum absente alter in aemuli sui commodum potentiorum in urbe factionem sibi conciliaret.

Saecul. XV.
A.C. 1495.

§. XLI.

Helvetiorum Tumultus apud Pontem-tremulum.

Ergo Gallorum copiae usque ad Pontem-Tremulum procedentes, oppidum ingrediuntur, opitulante Trivulcii auctoritate, qui illud jam antea captum, abunde annona, ac armorum apparatu instruxerat. Gallis ibidem benigne receptis, Gienfis Marefcallus, qui primum agmen ducebat, unice eo intentus erat, ut juga Apenina superare posset. Ceterum in hac eadem urbe jam olim Helvetii, cum primo itinere eam pertransirent, cum civibus ad rixas veniebant. Litis occasionem praebibat annona, quae
i plis

Comm. l. 8.
cap. 5.